



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concilia Galliæ Narbonensis

Baluze, Etienne

Parisiis, 1668

Concilium Biterrense Habitum anno MCCLXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14646

GALTERUM CARCASS.] Hujus constitutiones synodales extant in veteri codice nostro MS. ex quibus constat virum fuisse bene peritum regularum ecclesiasticarum, strenuèque operam dedisse ut pravæ consuetudines quæ in diocesim irrepserant, abolerentur.

CONCILIVM BITERRENSE

Habitum anno M C C L X X X.

CONVOCATUM fuit istud Biterrense Concilium à Petro de Montebruno Narbonensi Archiepiscopo ad diem xxxi. mensis Martij, quæ fuit Dominica *Lætare Hierusalem*. Ad illud porrò invitatus etiam Bertrandus (sic enim legendum puto, non autem Bernardus) Helenensis Episcopus, cùm podagræ doloribus arderet, quibus complures annos cruciatuſ fuerat, excusatoriam pro se misit epistolam secundūm antiquam consuetudinem multis patrum canonibus & decretis approbatam, nec solum epistolam, sed etiam vicarium, qui vice sua adesset in synodo, ac tisque subscriberet. Is fuit Bengarius de Palma Canonicus Helenensis. Et quia per eas tempestates Capitula quoque cathedralium Ecclesiarum evocari solebant ad synodos provinciales, Helenense Capitulum ad istud Biterrense Concilium misit Raimundum Olivarij Canonicum item Helenensem. Hæc sumpta sunt ex literis Episcopi & Capituli Helenensis ad Petrum Archiepiscopum Narbonensem, in quibus agitur tātim de celebrando Concilio, non autem de celebrato. Habitū porrò fuisse nos docet Galterius Episcopus Carcassoniensis in suis diocesanis constitutionibus, quas habeo manuscri-

enim posse
ovinum
Puto
electio-
spem
Biter-
m, &
{ non
ellum
indem
Petro
tri de
opti-
aximis
n Pa-
vacan-
statem
batem
cebant
stratos
is qua-
raetan
s, qui
allivo-
Epis-
illum
gantem
tor, in
Regem
s occa-
pus ce-
se pra-
dosana.
p. 907

ptas in veteri codice cum nonnullis aliis Episcoporum Carcassonensium constitutionibus. Nam duo istius Concilij decreta heic commemorat idem Galterius, his verbis : *Ad reprimendam malitiam perverorum, eorum videlicet qui litteris Domini Pape nequiter abutuntur, statutum fuit seu ordinatum in provinciali Concilio apud Biterrim Dominica que dicitur pridie Kalend. Aprilis, quod Abbates suis inhibeant districte monachis ne per litteras apostolicas citent aliquem quoisque ipsi Abbates eas viderim & examinaverint diligenter.* Et infrà : *Item in dicto fuit Concilio statutum & ordinatum ut judges à sede apostolica delegati non subdelegent nisi personis moribus & scientia approbatis, & in eisdem diocesibus in quibus ipsi consistunt delegati.*

CONCILIVM BITERRENSE

Habitum anno MCCXCIX.

DIÙ magnum inter Archiepiscopos & Vicecomites Narbonenses certamen fuit, deberentne Vicecomites esse subjecti Archiepiscopis; actamenetsi saepè isti causa cecidissent, juréque jurando fidem suam Pontificibus obligassent, etiam praestito homagio, instaurabant interdum causas discordiæ per abruptam contumaciam, pœnámque excommunicationis in se ultro accersebant & attrahabant. Tandem Amalricus Vicecomes Narbonensis, ut se subtraheret jurisdictioni & homagio Archiepiscopi Narbonensis, Philippi Pulchri Francorum Regis vassallum se constituit pro omnibus castris & possessionibus quas prædecessores sui tenuerant ab Archiepiscopis. Nam etiam anno MCLX,